

RESPONSIO M. BUCERI

vire. Hic etenim uno uerbo, & nos, & quæ prædicamus,
ipsiss. Christi uerba, anathematizasti.

Hæc demum sunt, quæ futura uerentes, si adspiraſſet
C H R I S T V S, auertere Ecclesijs, molieba=
murus. Ethac cauſſabis ad te nostris impensis, nuncium
amandauiimus. Iſta enim iſta Ecclesijs pturbant, & Chri=
ſti gloriam obſcurant, cum ueritas modeſte, & in tempo=
re prædicata nihil turbet male, quam utiq; & uos citra
conuitia docere potueratis. Non nobis, ſed Ecclesijs, &
non à uera ueritate, ſed conuitijs atq; maledictis timui=
mus. At hinc ſuppliciter adeo ad uos ſcripſimus, neq; pe=
tiuiimus unquam ut noſtra erroris non accuſaretis, ſi er=
ronea deprehendiffeſtis. Sed ne & alia, quæ nobiſcum iſi
quoq; docetis uera, ſimul uelletis infamare, & iſiſſimis
Christi uerbis, quod tu in hac Epiftola & ſcriptis alijs fa=
cis, fidem derogare.

RESPONSI O A D XIII. decimum tertium.

Vtinam uideres quam dedeceat te quod hic ſubijcis;
Atq; hoc eſt quod ſemper dixi, ſacramentarios illos hære=
ticos habere Christum pro ludo, & ſerio nunquam ab eis
cognitum aut doctum &c. Filio ſiquidem ſuo Christo,
non tibi Deus iudicium, cui & corda patent, dedit, &
hic, ne dubita hoc tuum de nobis iudicium, falſum in die
illo, quo uenturus eſt adiudicandum uiuos & mortuos de=
clarabit. Sacramenti uocem, dixi ſupra, non agnoscimus,
Christum